



MURILLO
JURIS
CANONICI

BX1935
M8
1791
V.1
c.1



Núm. Clas. _____
Núm. Autor _____
Núm. Adg. 36440
Procedencia 6
Precio _____
Fecha 1- SET. 1988
Clasificó _____
Catalogó _____

R. P.
PETRI MURILLO.
CURSUS
JURIS CANONICI,
HISPANI, ET INDICI,
DUOBUS TOMIS
DISTRIBUTUS.

Es propiedad de
Antonio María
Elizondo



Esta obra la vendí al Sr. D. Margarito
Carrón, y para constancia la firmo

Antonio María
Elizondo

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
"ALFONSO REYES"

36440

CURSUS JURIS CANONICI,
HISPANI, ET INDICI,

IN QUO,

JUXTA ORDINEM TITULORUM
Decretalium non solum Canonicae Decisiones afferuntur,
sed insuper additur, quod in nostro Hispaniae Regno,
& Indiarum Provinciis Lege, consuetudine, privi-
legio, vel praxi statutum, & admissum est.

AUCTORE

R. P. PETRO MURILLO VELARDE,
*Societatis Jesu, olim in Granatensi Imperiali Regia Academia
Imperialis S. Michaelis Collegii Alumno: deinde in Salmantino
celeberrimo Lyceo Collegii Majoris Conchensi violacea condecora-
to Toga; & demum in Pontificia, ac Regia Societatis Univer-
sitate Manilana Sacrorum Canonum prius deinde Sacrae Theo-
logiae Cathedrarum Moderatore.*

EDITIO TERTIA

NOTIS, ET CONSTITUTIONIBUS BENED. XIV. ILLUSTRATA,
& aucta, ad mentem ipsius Auctoris, & indice copioso locupletata: ex Regio
mandato diligentiori examine revisa, & mendis perpurcata, atque in auctoritatibus,
cura, & Studio D. Joannis Martini à Villanueva, in Regiis Consiliis, &
Curia Matritensi Advocati, diffusior, & locupletior.

OPUS OMNIBUS NUMERIS ABSOLUTUM, UTILISSIMUM,
atque Jurisprudentiae Canonicae studiosis apprime necessarium.

TOMUS PRIMUS,

COMPLECTENS LIB. I. II. ET III. DECRETALIAM.



MATRITI:

IN TYPOGRAPHIA ULLOÆ A RAMONE RUIZ. ANNO M. DCC. XCI.

Sumptibus Societatis Regiae Typographorum, & Bibliopolarum.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

125066

ad decus suum, & nostrum, hoc opus, quod modo prodit in lucem. In eo quidem, præter sollicitas, & vigilantes curas, operi adhibitas, animadvertere est, illam iudicii maturitatem, qua opiniones securiores sectatur, & magis tutas, declinando subiles, quibus luxuriantia ingenia plerumque arripi solent, ratus, meliorem literarum ædificii structuram fore soliditatem: cui, cum non obsit perspicuitas, claritas, & expressio, quo magis doctrinam ad christallum accedat artificiosè temperavit stylum, qui cum debita elegantia non deesset tamen Oratio flueret, Instructio doceret, claresceretque Disciplina. Præterea, ubi res ipsa postulat, non parciit multis textibus relatis ad litteram, arbitratus eos, quando momenti sunt, & inde in varias opiniones, & interpretationes disperguntur Authores; facilius, & magis præsentaneè de genuina sua intelligentia notificare; quam subtiles super ipsis unorumquorumque discursus. Itidem adjungit de more auctoritates non paucas; quæ, cum plerumque Jurisconsulto, loquenti sine hoc pondere, videatur, quasi muta loquutio; insuper Cardines esse solent præcipui illius quæstionis, vel tituli affiguntur: Demum in eo suam dexterrimè navavit operam; ut nil prolatum esset, quod sine fundamento assurgeret; quamvis satis multum volitarit ingenium: quod operæ pretium duxit, si amplificationes, & superflua præludia reseccaret. Ex his paucis de hoc Oceano delibatis, proclive jam est intelligere, librum esse pretiosum, & circumquaque dignissimum, ut prælo datus de Hispana manu hic *Cursus Canonicus* testetur. Hispanos homines, & Jesuitas non minùs didacticè, quam alios literas Canonicas excelluisse. Faxit Deus, ut civiles quoque (quas paratas ad prælum penes me habeo) in quatuor libris *super Instituta* compositis à P. Petro Squarzafigo, Societatis Jesu, defuncto, olim Compluti meo dilectissimo Socio, & contubernali (ubi & librum edidit *de dispensationibus in foro interno*) aut æs, aut Mæcenatem inveniant, quo in lucem prodeant; & utrumque Jus Canonicum, & Civile ab Alumnis nostræ Provinciæ Toletanæ pariter collustretur. Matrìti, perendiè Idus Martias anni M.DCCXLIII.

Didacus de Quadros.

CARTA DEL SEÑOR DOCTOR D. FRANCISCO LOPEZ DE ADAN, Colegial, y Rector dos veces del Colegio de Málaga en Alcalá, Oidor Decano de la Real Audiencia de Manila en Filipinas, y al presente electo Oidor de la Real Chancillería de México en la Nueva España, al P. Pedro Murillo Velarde, Catedrático que ha sido de Cánones, y Teología en la Pontificia, y Regia Universidad de la Compañía de Jesus de Manila.

RMO. P. Amigo, y muy señor mio: Con ocasion de haberme hecho el Rey nuestro Señor la honra de promoverme á Oidor de la Real Audiencia de México, y serme preciso hacer viage en primer despacho, hago memoria á V. Rma. de lo que tantas veces hemos conferido sobre el adelantamiento de los estudios de Cánones, y Leyes, tan necesarios en este Pais, los que, como V. Rma. sabe, he procurado adelantar, en quanto alcanzaron mis fuerzas, desde que vine á estas Islas, asi por la natural inclinacion que engendra la misma profesion, como, y principalmente por cooperar al empeño de S. M. en ponerlos aqui con tanto costo de su Real Hacienda; y por este fin, luego que los que componiamos esta Real Chancillería vimos por experiencia propia, en el Acto de Teología, y Cánones, dedicado á este Senado, la pericia y suficiencia que V. Rma. mostró en ambos Derechos, acreditando las largas noticias que aqui se tuvieron de ser bien notoria en las Universidades de nuestra España, y en especial en la de Salamanca, de oficio se providenciò encargar á V. Rma. la Cátedra de Cánones, y en realidad fué esta providencia acertadísima, pues desde ese tiempo (sin que sea lisonja) se vió florecer en estas Islas el estudio del Derecho, que se fué adelantando con pasos tan agigantados, que en breve tiempo se vieron en esta Ciudad funciones literarias tan lucidas, que apenas en otras partes produxera la continua perezosa lentitud de muchos cursos.

Asi lo experimentamos en varios Actos que V. Rma. presidió, dedicados al Rey nuestro Señor, al Serenísimo Príncipe, al señor Arzobispo difunto, y otros: Asi lo hemos visto en otras varias funciones literarias, que para exercitar á los Estudiantes ha inventado el zelo de V. Rma. Asi lo tenemos admirado en las lecciones de Oposicion, que han hecho en la Real Audiencia los Colegiales del Real Colegio de S. Joseph á las dos Catedras de Instituta, que de órden de S. M. se han puesto en las dos Universidades de la Compañía, y Santo Thomas, donde hoy se hallan Maestros, y Catedráticos, los que ayer (como se suele decir) eran Discipulos; mas qué mucho si al influxo de la doctrina de V. Rma. y con su habilidad, y aplicacion se han hecho idoneos, no solo de las Cátedras de estas Islas; pero (con el tiempo, y debida proporcion) aun de las primeras de Europa?

Vimos en las oposiciones, no sin admiracion, que unos jóvenes, que quatro, ó cinco años antes no habian saludado los primeros rudimen-

tos de la Instituta, leian con puntos de veinte y quatro horas, en las que se hacia la leccion, se estudiaba, y recitaba, no solo con notable viveza, y comprehension de las doctrinas que se trataban; si tambien manifestando la noticia que tenian de todo el Derecho, exornando las Decisiones Canónicas, con las concordantes del Derecho Civil, Reales Leyes de España en las Partidas, y del Municipal de Indias en sus Leyes, refiriendo con singular puntualidad la letra de los textos, el órden claro, conciso, expresivo, y sobre todo, muy metódico en los argumentos: reparamos grande nervio en la dificultad, singular prontitud en las pruebas, adelantando siempre la especie, quanto daba de suyo la materia, sin desviarse del asunto en los que respondian: reparamos fidelidad en el repetir, prontitud en hacerse cargo de la dificultad, sutileza en distinguir, perspicacia en precaverse, y solidez en satisfacer; y en unos, y otros notamos gran limpieza, expedicion, y claridad; de suerte, que nos pareció hallarnos, no en Indias, y Filipinas, donde se venera Mercurio dominante, sino en las Universidades de Europa, donde tiene su trono Minerva; mas qué mucho, si V. Rma. con su aplicacion infatigable, y trabajo incesante ha introducido, y practicado aqui los primores que aprendió, y vió en las Universidades de Salamanca, Alcalá, y Granada, donde se hallan hoy en tanto auge los Estudios Jurídicos.

Hasta ahora son buenos los principios, pero es menester afianzarlos para en adelante: por esto he exortado varias veces á V. Rma. ponga en limpio lo que ha dictado en la Cátedra, para que sirva para utilidad pública de estas Islas, y de la Monarquía; pues segun el método que lleva la Obra, en lo que V. Rma. me ha comunicado, no solo la considero digna de la luz pública, sino de que se dedique al Rey nuestro Señor, para que vea S. M. patente el fruto de sus deseos, y crecidos gastos, y el servicio que le hizo esta Real Audiencia en haber puesto á V. Rma. en la Cátedra de Cánones, y el acierto de S. M. en mandar se radiquen de una vez las Cátedras de Derecho en las Universidades de la Compañía, y Santo Thomas. Y ahora que se aproxima mi viage, insto, requiero, y reconvento á V. Rma. para que me entregue el Libro que tiene trabajado sobre el Derecho Canónico, Real, é Indico, pues lo conduciré con mucho gusto, y con particular cuidado para que se imprima, por cooperar tambien de este modo al logro de los piadosos deseos de S. M. en la ereccion de estas Cátedras; y no dudo de nuestra amistad que V. Rma. me dará este gusto, quedando seguro de que yo le tendré en executar las órdenes del agrado de V. Rma. à quien guarde Dios muchos años. Manila, y Agosto 9. de 1737.

B. L. M. de V. Rma. su mas afecto Servidor,
y de corazon Amigo,

Doñ. D. Francisco Lopez Adan.

DOC.

DOCTORIS JOSEPHI BORRULLI,
Primarii antecessoris Salmantini in Illibiritano Prætorio primum Fisci Patroni, deinde Senatoris, nunc in Regio Supremæ Indiarum Consilio Advocati Fisci Censura.

JUSSU Regii ac Supremi Indiarum Senatus evolvi, legi, recognovi, & in examen adduxi opus, cui titulus est: *Cursus Juris Canonici, Hispani, & Indici*; elaboratum à P. Petro Murillo, Societatis Jesu Presbytero, Granatensis primùm Collegii Divo Michaeli Sacri, postmodum Salmanticensis Majoris Conchensis Alumno, deinde in Regia, & Pontificia Societatis Manila Academia Sacrorum Canonum Interprete, & denique in eadem Sacræ Theologiæ Moderatore. Et nihil in eo offendi quod Orthodoxæ Religioni, bonis moribus, Regisque juribus eat obviam. Quin potius instituendæ, formandæque ad Juris Canonici scientiam juventuti: in cujus gratiam præcipuè hic labor impensas videtur, oppido quam utile esse exanimi sententia censeo. Nam & si in dies usque ad nauseam innumerari adeo in Jus Canonicum prodeant Commentarii, ut ferè jam desint in Bibliothecis, etsi prægrandibus, plutei, & loculamenta, quæ eos capiant: præcipuè ex quo in Germania institutæ sunt Scholæ, nimirùm Heidelbergæ, Dilingæ, Ingolstadii, Salisburgi, aliisque passim in Juri Canonico explicando: in quo certatim sedulam navant operam Benedictini, Jesuitæ, & Discalceati Minores, ut testantur Commentarii, qui omnium manibus teruntur. Adeo ut nihil reliqui ferè jam sit, nisi vel jam dicta transcribere, in compendiumvè redigere, aut nova methodo illustrare: Quamobrem aliquibus forsàn videri poterit inanis, & casus præsens labor exhaustus. Habet tamen hic Commentarius illud præcipuum: quod minimè contemni par est, quodque cæteros hucusque editos antecellit. Nam in illis totæ vires exeruntur in exornando Jure Communi Cæsareo, & Pontificio, eoque moribus Germanorum non nihil accommodando. Quod certè illis gentibus utile absdubiò erit, nostris verò, qui alio jure utimur, minimè proficuum. Hic verò Commentarius complectitur abundè non solum quid Jure Communi, Canonico, & Civili in quolibet negotio caveatur; sed etiam quid in quaque re moribus nostris, praxique Hispaniæ, & Indiciæ conveniant, apteturque. Undè studiosus in promptu habebit quidquid desideret, sivè is vacet Scholæ, sivè foro, atque negotiis, jusvè verset Hispanum, sivè Indicum. Quæ omnia miro artificio, miroque delectu rerum contexta sunt à sapientissimo Viro: cujus ingenium, si spectes (haud ignota loquimur) acutissimum est; si judicium, acerrimum, si copiam uberrima; si dispositionem ordinatissima; si stilum inaffectatus, apertus, elegans. Quare dignum hoc opus publica lucè esse judico, ut eam omnibus præbeat. Ita censebam. Mantua Carpentanorum VIII. Kal. Octobris. Anno M.DCC.XLII.

Doñ. Joseph Borrull.

CEN.

CENSURA

*D. D. JOANNES ANTONII CURIEL,
Equitis Calatravensis, olim apud Salmanticenses Collegii
Majoris Conchensis Alumni, in ejusque Universitate Pon-
tificii juris quondam moderatoris, & in presentia-
rum Academiae Hispanicae Subdecani; in Conciliis Ca-
tholicae Majestatis, ac Regii Aërarii Senatus Fiscii
Patroni.*

OPUS, cui titulus: *Cursus Juris Canonici, Hispani, & Indici*, elaboratum à P. Petro Murillo Velarde, Societatis Jesu Presbytero, in Regia, Pontificiaque Manilana ejusdem Societatis Universitate Sacrorum Canonum Interprete; cum de mandato Supremi Castellæ Senatus ad me missum fuisset, ut censorio supercilio meum judicium proferrem, timere cœpi, tum de me, tum etiam de opere. De me quidem; quia cum Aurel. juxta Aurelium, *amicorum bona maximè nos delecent*; facile verebar, ne plus debito mihi complacerem, olim Concollegæ mei colendissimi eruditione, methodo, acumine, ac ingenio præclarissimo: inde nihil censura dignum, sed potius omnia laudanda judicarem. Quid enim nisi maturos, dulcissimosque fructus sperare poterat amicitia à tanto vero arbore adulta, excultaque indefesso studio, ac labore; quando in flore juventutis erumpabant in eo velut gemma parturientes facilitas in addicendo, felicitas in retinendo, claritas in explicando, subtilitas in disputando, dexteritas in seligendo, perspicacia, & comprehensio in resolvendo? *Nec fas erat*, ut in simili ajebat Casiodorus, *ut sententia nostra in eo* (amici libro) *corrigendum aliquid inveniret*. Timebam de opere: cum enim adeo plurima sint edita volumina de Jure Canonico, & Civili; *sitque res ardua* juxta Plin. Plinium, *vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem*, quam aliam utilitatem spectare debueram, nisi vix exigam illam, quam expressit Augustinus: *Utile est*, inquit, *libros plures à pluribus fieri diverso stylo, non diversa fide, etiam de questionibus iisdem, ut ad plurimos res ipsa perveniat*? His licet anxius, tractatum lector accepi; & ecce: ò spes mihi bene præsaga! Protinus evanuit timor, successit securitas. Etsi enim inficias non ibo quam plurimos eruditissimorum virorum esse in lucem editos Commentarios super Jure Canonico, & Civili; multi tamen ex ipsis de Jure Hispano nullam faciunt mentionem. Alii locupletarunt, fateor, Jus Hispanicum multis in quibus plura occurruntur legenda de Jure Cæsareo: at parum de Canonico, de Indico nihil. Alii, & quidem pauci, il-

illustrarunt Jus Indicum, sed vix curarunt de Jure Canonico. Ea propter desiderabatur opus, quod ad omnia se extenderet, omnia complecteretur, præsertim pro Causidicis Indorum. Cum ergo hoc totum præteret Cursus Juris Canonici, Hispani, & Indici, nec fallit opinio: absdubiò opus singulare, in totius Reipublicæ litterariæ utilitatem cedens existimandum. In eo ingeniosus Author miro artificio disgregata apud varios congregat, divisa connectit, diversa conciliat, omniaque ita mutuo foedere coadunat, ut non tria jura credantur, sed unum. Verè funiculus triplex hic cursus difficilis rumpi, in quo nihil tortuosum, omnia recta, adeoque strictim ad regulas artis elaboratus, & in libra justitiæ ponderatus, ut nullum deflectat, nullum alteri præjudicium faciat, immo invicem sese juvent: siquidem unicuique juri jus suum tribuitur. De jure igitur, ut opinor, lux publica huic cursui debetur: est siquidem opus perfectum, suis numeris absolutum, quo in manibus gestato currere possunt inoffenso pede judices omnes, Juris Canonici defensores, Hispani Causidici, Advocatique Indorum in litibus sequendis; & assequendis: eo, vel maximè (ut paucis censoris munus adimpleam) quia nihil est invenire in eo Catholicis dogmatibus dissonum, nihil integritati morum alienum, nihil Regiis juribus non conforme. Sic censeo. Matriti die 15. mensis Decembris anno 1742.

D. Joannes Antonius Curiel.

AD LECTOREM BENEVOLUM.

SI vastitatem materiæ, Lector benigne, quam meis imposui humanis, etiam obiter consideres, facile, & meis erroribus veniam concedes; & mei laboris obsequium in studentium gratiam assumptum, haud ingrato animo suspicies. *In opere oblongo*, aiebat Horatius, *fas est obrepere somnum*. Et Baldus ipse, postquam 47. annorum spatio publicè jus prælegerat, sic fatetur ingenuè: *Quod si ex parte aliquid didicerim, tamen in comparatione latitudinis intellectus, profectò, nihil me intellexisse agnosco*. Quid igitur ego miser in præsentiarum dicere valeam? Cum Juris Canonici latitudini molem penè immensam Legum Hispaniarum, & Indicarum adjecerim? Sanè animus horret tam immensam undequaque vastitatem aspicere: præcipuè cum in pluribus nostræ Leges à Jure Canonico deviant; quin & inter ipsas Leges Fori, Partitarum, & Ordinamenti magna varietas in ordine, methodo, & decisionibus pasim reperitur. Additur, quod ipsæ in pluribus ab usu recesserint, in aliis correctæ sint, in aliis demùm maxima in Tribunalibus vigeant observantia. Nec majorem lucem ex posterioribus Castellæ Recopilationis Legibus hauriebam. Nam & ipsæ nec ex toto jus antiquum correxerunt, nec ex toto quidquid hodie debeat observari in suis Decisionibus amplectuntur, & continent. Sed quid mirum cum & in ipsa Recopilatione aliæ ab aliis Legibus corrigantur, & rursus hæ ab aliis moderentur? Insuper cum prudentia dicet, pro varietate locorum varias constituere Leges, quanta varietas in Recopilatione Indiarum invenietur? Cum per ipsius Leges, tot, ac tam ampla Regna, tamque innumeræ Nationes, & Gentes gubernentur. Et quod magis est, cum quotidie in earum praxi tot inconvenientia præcavenda proponantur, totque dubia de novo decidenda emergant, quotidie novæ providentiæ, schedulæ, novæque dispositiones jam ampliando, jam delendo, jam instando, jam moderando, jam declarando decisiones antiquas incessabili cursu, quasi perenni torrente profluunt, & emanant. Nec hoc reprehensibile, quin & laudabile debet judicari: maximè namque expediens censetur, quod secundùm varietatem temporum, & locorum statuta quoque variantur humana, cum & ipse Deus ex his, quæ in Veteri Testamento statuerat, nonnulla mutarit in Novo; sic nostro Jure dictante. In adeò abstruso Labyrintho vix pedem figere valebam. In tam immenso pelago vix semitam, quàm enixè perscrutabar, invenire poteram, nec filum Ariadnes, nec pyxidem nauticam, prout anxie exoptabam, in Glossis, & Interpretibus reperiebam. Hac quidem sæpè difficultate territus ab opere incepto manum retrahere tentabam. Ejus vastitate obrutus animo jam concidens optatum desperabam imponere finem. Sed cum humanæ Societati maximè expediat, quod aliqui voluntarios suscipiant labores, ut aliis præpararent quietem,

quietem, contra fluminis ictum, & ventorum impetum, ut ita loquar, constantè, & ineluctabilè navigabam: nec enim aliter circulus, in quo perfectio præfiguratur, confici valet, nisi circinus labore, & constantia, quasi in duplici basi firmetur. Et cum plurimum me aliquorum Authorum infidelitas in Textibus citandis offenderet, immodicum laborem in Doctoribus evolvendis, legendisque Textibus impendi, & vix Textum, Legem, vel Doctorem allego, quin prius ipsum examinarim. His igitur obstaculis aliquomodo superatis, tota jam consistebat difficultas in socianda in hoc opere claritate cum brevitate: quarum conjugium difficile profectò credit, qui dixit: *Brevis esse laboro, obscurus fio*. Sed si ex brevitate obscuritas oritur, prolixitas sæpè fastidium generat. Quapropter illud consilium eligere decrevit: *Quidquid præcipies, esto brevis, ut cito dicta percipiant animi dociles, teneantque fideles*. Sed ni fallor, non deerit in compendiosa brevitate claritas sufficiens, ut ex resolutione casuum, quos afferò, facile possit, etiam mediocris Logicus, consequentiam ad illos similes producere, & ingenii dexteritate ex allatis Juris Canonici, Civilis, Hispani, & Indici decisionibus, jam Clypeum, quo se à jaculis contrariis defendat, jam hastam, qua possit adversarios impugnare, non difficili negotio poterit conficere. Nec ullum adeò supina ignorantia laborantem credo, ut vellet, omnes casus, decisionesque omnes in tanta Legum, & Textum amplitudine respersas, colligatas in hoc opusculo invenire, cum teste Jurisconsulto, plura sint negotia, quam vocabula. Nec quisquam negotium facile judicabit in summa varietate materiarum, quæ in nostris Legibus continentur, omnes ad unguem Titulis Decretalium accommodare, & quasi inserere: quin ob summam utriusque juris materiarum distantiam, non exiguum mihi laborem attulit, Titulis Decretalium sine maxima violentia nostrarum Legum materias accommodare: Nec enim res distantissimas omnimoda unire concordia humani ingenii est: *Vasti quoque Rector Olympi non aget hos cursus, & quid Jove majus habetur?* Si studiosus uberiorem doctrinæ laticem desideret ad aliquod punctum ampliandum, poterit sanè facili negotio ad Textum, & Doctorum, quos allego, fontes recurrere. Et ut utilitati studentium consulere in pluribus Testibus, Privilegiis, & Bullis ad litteram verba refero, ut littera quidem accuratè inspecta, faciliùs quisque Legislatoris valeat mentem indagare. Et hac etiam ratione nostras Leges pluries ad litteram appono, ut à proprietate, qua in nativo sermone verbum gaudet, & quæ vix in traductione perfectè reperitur, proprietas sententiæ clariùs, & perfectiùs percipiatur. Certè, si qui Jurisprudentiæ studio operam sunt daturi, priùs Philosophiæ vacarent, ubi inter tot anfractus, & abstrusos meatus præcisionum, & operationum mentalium maximè intellectus, & ingenium expollitur, & accuitur, in Juris utriusque studio non currerent, sed volarent. Sed cum hodie pro nostra desidia plures à Grammatica

ad Juris Aulas, quasi per saltum promoveantur, per ejus curriculum more restudinum repunt, & non solum in declivi, sed & in ipsa planitie turpiter cespitant, & offendunt, nisi ingenii virtus egregia hæc obstacula superet. Quoad methodum attinet, ordinem sequor Decretalium secundum Libros, & Titulos, non tamen secundum singula eorum Capitula: Hic namque ordo expeditior mihi videretur ad quæstiones ordine methodico tractandas, ibi ultra decisiones Juris Ecclesiastici, aliquando Civiles, & sæpè Hispanicis correspondentes appono, vel in calce paragraphi, vel tituli, annoto, quod in nostro Regno est statutum, & observatur. Et ut brevitati, quam semper affecto, consulerem, in omnibus Titulis à capite incipio à S. Francisco Salesio edoctus sine preliminaribus questionem tractans, plures ambages resecaudo, in quibus aliqui plus justo detinentur, methodum scribendi præveniendi, seu potius frustra terendo tempus. Quapropter, aliquibus quæstionibus, quæ potius quam pro utilitate, pro martyrio ingeniorum exagitantur, ut inutilibus resecatis, incunctanter ad utilia, & praxi frequentiora propero. Denique concludo cum Justiniano in L. 2. §. 14. de Veteri jure enucl. Si quid autem in tanta Legum compositione, quæ ab immenso Librorum numero collecta est; simile forsitan rarò inveniat, nemo hoc vituperandum existimet, sed primum quidem imbecillitati humane, quæ naturaliter inest, hoc inscribat, quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare Divinitatis magis, quam mortalitatis est. Sed si verum fatear, quo magis meum animum conturbat, & angit, & sæpè merorem suffundit, est impressionis difficultas, quæ in loco adeò ab oculis meis distante, & remoto confici est necesse. Si enim ipso Authore præsentate, & corrigente penè innumera menda in Textibus citandis, in allegandis Authoribus, & in ipso Latino Sermone, quotidie scaturiunt, & pullulant, adeòque sensum, faciem, & figuram sermonis immutant, ut variz clausulæ, quasi spuriz, nec à suo cognoscantur Authore, quid non timendum restat huic misero volumini, orbo parente suo in tam peregrina, & remota Regione? Quod debui, & potui, minimè omisi, quid ultra faciam? *Fortune cætera mando.*

NOTA, Ó PREVENCIÓN AL LECTOR.

*Esta Obra está corregida; y las Adiciones nuevamente puestas á la antigua impresion, se notan extendidas dentro las siguientes señales: * y se han puesto otros aditamentos, colocados en sus respectivos lugares, en suplemento de las Leyes, Textos, y Autoridades, que estaban citados en la antigua: donde hay nota particular que tener presente, se manifiesta con sola una. **

INDEX ALPHABETICUS
TITULORUM QUINQUE LIBRORUM DECRETALIU:
SEXTI, CLEMENTINARUM, ET EXTRAVAGANTIUM.
UBI SUB UNOQUOQUE TITULO APPONITUR NUMERUS CAPITULORUM IPSIUS.
ET PRO JURE HISPANO AFFERUNTUR TITULI CONCORDANTES
Partitarum, Recopilationis Castellæ, & Recopilationis Indiarum.

	Decretal.	Sexti.	Clement.	Extrav.	Partit.	Recop. Cast.	Recop. Ind.
A							
Accusationibus, inquisit. & denunt.	Lib. 5. tit. 1. Cap. 27.	Lib. 5. tit. 1. 2.			Tit. 1. part. 7.		
Adulterii, & stupra.....	Lib. 5. tit. 16. 7.				Tit. 17. part. 7.	Ex t. 19. lib. 8.	Ex leg. 4. tit. 8. lib. 7.
Ætate, qualitate, & ordinis præficiendorum.....	Lib. 1. tit. 14. 15.	Lib. 1. tit. 10. 1.	Lib. 1. tit. 6. 3.		Leg. 27. t. 6. p. 1.		
Alienatione judicii mutandi causa.	Lib. 1. tit. 42. 2.				Leg. 15. t. 7. p. 3.		
Appellationibus, Recusationibus, & Relationibus.....	Lib. 2. tit. 28. 73.	Lib. 2. tit. 15. 12.	Lib. 1. tit. 12. 7.		Tit. 23. part. 3.	Tit. 16. t. 18. & 19. lib. 4.	Ex tit. 11. lib. 5.
Apostatis, & reiterantibus baptismum.	Lib. 5. tit. 9. 6.				Leg. 20. t. 6. p. 1.		
Arbitrii.....	Lib. 1. tit. 43. 14.	Lib. 1. tit. 22. 2.			Leg. 23. t. 4. p. 3.	Leg. 4. tit. 21. lib. 4.	
Auctoritate, & sui Pallii.....	Lib. 1. tit. 8. 7.			Comm. lib. 1.	Leg. 16. t. 5. p. 1.		
B							
Baptismo, & ejus effectu.....	Lib. 3. tit. 42. 6.		Lib. 1. tit. 15. 1.		Ex leg. 1. t. 4. p. 1.		
Bigami non ordinandis.....	Lib. 1. tit. 21. 7.	Lib. 1. tit. 12. 1.			Leg. 35. t. 5. p. 1.		
C							
Calumniatoribus.....	Lib. 3. tit. 2. 2.				Lib. 21. & 22. tit. 6. p. 7.		
Capellis Monachorum, & aliorum Religiosorum.....	Lib. 3. tit. 37. 4.	Lib. 3. tit. 18. 1.			Tit. 12. p. 1. leg. 14. 24. 25. 26. & 27. t. 7. p. 1.		
Causa possessionis, & proprietatis.	Lib. 2. tit. 12. 8.		Lib. 2. tit. 3. 1.		Leg. 27. t. 2. p. 3.	Leg. 9. & 10. tit. 17. lib. 4.	
Celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistia, & Divinis Officiis.	Lib. 3. tit. 41. 14.		Lib. 3. tit. 14. 2.	Comm. lib. 3.	Leg. 47. t. 4. p. 1.		
Censibus exactioibus, & procuratoribus.....	Lib. 3. tit. 39. 27.	Lib. 3. tit. 20. 5.	Lib. 3. tit. 13. 3.	Comm. lib. 3.	Tit. 22. part. 1.	Tit. 15. lib. 5.	
Claustrina dispensatione.....	Lib. 4. tit. 3. 3.				Tit. 3. part. 4.	Leg. 1. t. 1. lib. 5.	
Clericis Peregrinis.....	Lib. 1. tit. 22. 4.				Leg. 21. t. 6. p. 1.	Tit. 12. lib. 1.	

	Decretal.	Sexti.	Clement.	Extrav.	Parit.	Recop. Cast.	Recop. Ind.
Clerici prigionarios.....	Lib. 2. tit. 29. 1.				Tit. 24. part. 1.	Tit. 12. lib. 1.	
Clerici conjugati.....	Lib. 3. tit. 3. 10.	Lib. 3. tit. 2. 1.			Leg. 41. t. 6. p. 1.		
Clerici non residentis in Ecclesia, vel Praebenda.....	Lib. 3. tit. 4. 17.	Lib. 3. tit. 3. 1.			Ex Leg. 16. t. 16. part. 1.		
Clerici pugnantibus in duello.....	Lib. 5. tit. 14. 2.				Leg. 8. t. 14. p. 3.	Tit. 8. lib. 8.	
Clerico agrotante, vel debilitato.....	Lib. 3. tit. 6. 6.	Lib. 3. tit. 5. 1.			Leg. 18. tit. 16. part. 1.		
Clerico venatore.....	Lib. 5. tit. 24. 2.				Leg. 57. t. 3. p. 1.		
Clerico percussore.....	Lib. 5. tit. 25. 4.				Leg. 56. & 63. tit. 5. part. 1.		
Clerico excommunicato, deposito, & interdicto ministrante.....	Lib. 5. tit. 27. 10.				Leg. 61. t. 5. p. 1.		
Clerico non ordinato ministrante.....	Lib. 5. tit. 28. 2.				Leg. 29. t. 6. p. 1.		
Clerico per saltem promotus.....	Lib. 5. tit. 29. 1.				Leg. 63. t. 5. p. 1.		
Cognatione spirituali.....	Lib. 4. tit. 11. 8.	Lib. 4. tit. 3. 5.			Ex Leg. 1. tit. 7. part. 4.		
Cognatione legali.....	Lib. 4. tit. 11. 1.				Leg. 7. t. 7. p. 4.		
Obprobriatione Clericorum, & malitiam.....	Lib. 3. tit. 2. 10.				Leg. 37. t. 6. p. 1.		
Collatione decepta.....	Lib. 5. tit. 22. 4.				Lib. 12. t. 17. 19. tit. 1. p. 7.		
Compendata.....	Lib. 3. tit. 15. 1.				Tit. 2. part. 5.		
Concessione Praebenda, & Ecclesiarum vacantium.....	Lib. 3. tit. 8. 16.	Lib. 3. tit. 7. 8.	Lib. 3. tit. 3. 1.	Joann. 22. t. 4. 2.	Leg. 8. t. 16. p. 1.		
Conditionibus apposis in depositione, vel in aliis contractibus.....	Lib. 4. tit. 5. 7.				Tit. 4. part. 4.		
Confessio.....	Lib. 2. tit. 18. 3.	Lib. 2. tit. 9. 2.			Tit. 13. part. 3.	Leg. 5. t. 2. l. 4.	
Confirmatione nulli, vel inuiti.....	Lib. 2. tit. 30. 9.				Leg. 2. 5. 15. 44. t. 18. p. 3. leg. 4. t. 20. p. 3.		
Conjugio leprosum.....	Lib. 4. tit. 8. 3.				Leg. 7. t. 2. p. 4.		
Conjugio servorum.....	Lib. 4. tit. 9. 4.				Tit. 5. part. 4.		
Consanguinitate, & affinitate.....	Lib. 4. tit. 14. 9.		Lib. 4. tit. 1. 4.		Tit. 6. part. 4.		
Conservatione Ecclesiae, vel Altaris.....	Lib. 3. tit. 40. 10.	Lib. 3. tit. 21. 1.			Leg. 12. tit. 10. part. 1.		
Constitutionibus.....	Lib. 1. tit. 2. 13.	Lib. 1. tit. 2. 2.			Tit. 1. part. 1.	Tit. 1. lib. 2. Tit. 1. lib. 2.	
Conventibus.....	Lib. 1. tit. 4. 11.	Lib. 1. tit. 4. 4.		Comm. lib. 1.	Tit. 2. part. 1.	Leg. 3. t. 1. lib. 2.	
Conversione conjugatorum.....	Lib. 3. tit. 21. 21.				Leg. 40. tit. 6. part. 1.		

	Decretal.	Sexti.	Clement.	Extrav.	Parit.	Recop. Cast.	Recop. Ind.
Concessione infidelium.....	Lib. 3. tit. 33. 2.						
Corpore civitatis ordinandis, vel non.....	Lib. 1. tit. 20. 7.				Ex Leg. 25. t. 6. part. 1.		
Crimine falsi.....	Lib. 5. tit. 20. 9.			Joann. 22. t. 10. Com. lib. 5.	Tit. 7. part. 7.	Tit. 17. lib. 8.	Leg. 3. t. 8. lib. 7.
Controvia Eucharistiae, & aliorum Sacramentorum.....	Lib. 3. tit. 44. 2.				Leg. 16. t. 4. & Leg. 6. t. 12. p. 1.	Leg. 2. t. 1. lib. 1.	Ex Leg. 19. t. 1. lib. 1.
D							
Decimis, primitiis, & oblationibus.....	Lib. 3. tit. 30. 35.	Lib. 3. tit. 13. 2.	Lib. 3. tit. 8. 2.	Comm. lib. 3.	Leg. 55. tit. 6. & t. 19. & 20. p. 1.	Tit. 5. lib. 1. & tit. 21. lib. 9.	Tit. 16. lib. 1. & t. 24. lib. 8.
Delictis parvorum.....	Lib. 5. tit. 23. 2.				Leg. 8. tit. 13. part. 7.		
Depositum.....	Lib. 3. tit. 16. 2.				Tit. 6. part. 2.	Leg. 22. t. 1. l. 3. & t. 13. 9. lib. 3.	
Dispositione impuberum.....	Lib. 4. tit. 2. 14.	Lib. 4. tit. 2. 1.			Leg. 6. t. 1. p. 4.		
Dilatationibus.....	Lib. 2. tit. 8. 4.			Comm. lib. 2.	Tit. 15. part. 3.	Leg. 1. t. 6. & l. 1. & t. 17. lib. 4.	
Divitiis.....	Lib. 4. tit. 19. 9.				Tit. 10. part. 4.		Tit. 2. lib. 1.
Dolo, & contumacia.....	Lib. 2. tit. 14. 10.	Lib. 2. tit. 6. 2.	Lib. 2. tit. 4. 1.	Comm. lib. 2.	Leg. 8. t. 7. p. 3.	Tit. 10. lib. 4.	
Donationibus.....	Lib. 3. tit. 24. 10.				Leg. 4. t. 14. p. 1. & tit. 4. p. 5.		
Donationibus inter vivos, & uxorem, & de dote, post divortium restituenda.....	Lib. 4. tit. 20. 8.				Leg. 4. t. 11. p. 4.	Tit. 2. & 9. lib. 5.	
E							
Ecclesiis edificandis, vel reparandis.....	Lib. 3. tit. 48. 6.				Tit. 10. part. 1.		
Electio, vel electi potestate.....	Lib. 1. tit. 6. 60.	Lib. 1. tit. 6. 47.	Lib. 1. tit. 3. 8.	Joan. 22. tit. 1. Comm. lib. 1.	Ex Leg. 17. t. 5. part. 1.	Tit. 5. part. 5.	Tit. 11. lib. 5.
Emptione, & venditione.....	Lib. 3. tit. 17. 7.			Comm. lib. 3.			
Es, qui mittitur in possessionem causa rei servanda.....	Lib. 2. tit. 15. 4.	Lib. 2. tit. 7. 1.			Leg. 1. t. 8. p. 3.	Tit. 11. lib. 4.	
Es, qui datur in matrimonium, quam possit per adulterium.....	Lib. 4. tit. 7. 8.				Leg. fin. t. 2. p. 4.		
Es, qui exiguntur conjugum uxoris, vel sponsae.....	Lib. 4. tit. 13. 11.				Leg. 13. t. 2. p. 4.		
Es, qui servitio Ordinem suscipit.....	Lib. 5. tit. 30. 3.				Leg. 28. t. 6. p. 1.		
Exceptionibus.....	Lib. 2. tit. 25. 14.	Lib. 2. tit. 12. 4.	Lib. 2. tit. 10. 1.		Ex Leg. 6. tit. 3. part. 3.	Tit. 5. lib. 4.	
Excessibus Praebendarum, & redditus.....	Lib. 5. tit. 31. 18.	Lib. 5. tit. 6. 1.	Lib. 5. tit. 6. 1.		Leg. 14. tit. 22. part. 1.		
F							
Ferri.....	Lib. 2. tit. 9. 5.				Tit. 22. p. 1. & leg. 34. t. 2. p. 3.		
Fidei.....	Lib. 3. tit. 20. 12.				Tit. 25. & 26. part. 4.		